

modum orbate nascitur ibi cinciber & canula habundanter nascuntur & alie species multe de quibus ad nostras partes aliue non feruntur/ Et discedendo a ciuitate Ghindu itur quoisque ad confines prouincie circa per xv. dietas inueniendo casamenta & castra multa uenationes & aucupationes quam plures & gentes supradictos mores obseruant in fine dictarum dietarum inuenitur quoddam magnum flumen nomine brus finiens prouinciam nominatam. in quo reperitur multa quantitas auri de paliola. est & ibi multa canula & usque ad mare oceanum labitur istud flumen//

**T**rasacto flumine predicto intrantur in prouiciam nomine caraçan tam magna & larga quod in ea sunt septem regna diuisa & est uersus ponentem gentes ipsius adorant ydola. & sunt sub dominio magni can & filius est est\* *adorant ydola*

28r° rex constitutus in ea qui est diues magnus & potens| & terram suam in multa iusticia manutenet. quia sapientia & probitate multa ornatus. & a supradicto flumine discedendo versus ponentem itur per .v. dietas inueniendo semper multas ciuitates & castra in quibus nascuntur boni equi. Ipsi uiuunt de bestijs & fructibus tere loquela habent per se que potest difficiliter comprehendendi. perfectis uero v dietis inuenitur magistra ciuitas capud regni nomine yaci quod ualde magnum est & nobile in eo multi sunt mercatores & artifices. quamplures sunt in eo gentes que macometi legem obseruant sunt & aliqui xpistiani turchi nestorinj. set principales sunt ydola adorantes ibi est terra fertilis in riso & frumento. set non comedunt gentes panem de frumento quia in illa patria non est sanus comedunt autem risum & potationes fatiunt de riso multum bonas & claras que sumpte nimis cito reddunt hominem ebriatum. expe[n]dunt pro monetas porcellanas albas que reperiuntur in mari & ponuntur ad colum canum. & octuaginta porcelane ualent saçio uno argenti quod est ualoris duorum uenetorum grosorum. habent etiam puteos salsos de quibus sale faciunt quo sale gentes omnes de contrata fruuntur & de isto sale consequitur rex multum redditum & profectum. gentes uero huius regni non curant si unus alterius tangat uxorem dum modo de 28v° uxoris processerit uoluntate habent pisces| ualde magnos & multos. gentes uero comedunt carnes crudas galinarum arietum bouum & buffalorum pauperes quoque homines pergunt ad macelum & emunt figatum crudum sicut tunc extrahitur de animali & trucidant minutim & imponunt in salsam aleorum & statim comedunt. sic uero faciunt de alijs carnibus quibuslibet Nobiles uero uiri etiam comedunt carnes crudas/

**C**um uero discedendo a predicta ciuitate yaci itum est dietis xij per ponentem inuenitur prouincia caraian & magistra regni ciuitas uocatur carayan. gentes adorant ydola. & sunt sub dominio magni can cuius filius eam *adorant ydola* regit. In ista prouincia inuenitur aurum de paliola in fluminibus & lacubus/ in

\* Read: eius est.